

profetri (omnino enim credibile est longè aliter pronunciatum olim fuisse accusativum *salutem & paludem*, quam *cutem & pecudem*; ibi enim quinta vocalis productè, heic verò correptè efferenda est & pronuncianda'). Atque istud ipsum voluit *M. Fabius Quintilianus* (*lib. XII. Instit. Orator. c. 10.*) ita scribens: Latina mihi facundia, ut inventione, dispositione, consilio, ceterisque hujus generis artibus similis Græcæ ac prorsus discipula ejus videtur, ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum. Namque ipsis est statim sonus dulcior, quando & jucundissimas (*) ex Græcis literas ν & ζ , non habemus vocalem alteram, alteram consonantem, quibus nullæ apud eos dulcius spirant, quas mutuari sollemus, quoties illorum nominibus utimur. Quod cùm contingit, nec scio quomodo hilior protinus renidet oratio, ut in *Zephyris*, *Zopyrisque*; quæ si nostris literis scribantur, surdum quiddam & barbarum efficient sonum, & velut in locum earum succendent tristes & horridæ, quibus Græcia caret. Nam illa, quæ sexta est nostrarum, pñne non humanâ voce, vel omnino non voce, potius inter discrimina dentium efflenda est, quæ etiam, cùm vocalem proximam accipit quassa quodammodo, utiq; quoties aliquam consonantem frangit, multò fit horridior. *Hec Fabius.*

Non nulli inventionem hujus literæ $\psi, \lambda\eta\sigma$ ad *Palamedem* referunt in expugnandâ Trojâ versantem, atq; illud *Martiale* autore statuminare conantur, qui de gruibus sequens distichon protulit (*lib. XIII. epigr. 75.*)

Turbabis versus, nec littera tota volabit,
unam perdidieris si Palamedis avem,
quò collineâsse etiam dicendus est *Lucanus* (*lib. V. v. 712. seqq.*)

A 2

Po-

(*) Huc pertinet, quod est apud Lucian. in *Judicio Vocal.*
Αγαθοὶ καὶ ναῷ κοὐετοῦσιν ὄραζῆναι τοὺς ἀλφαὶ καὶ τὸ ν, *Adspectu decorα εῖ*
bone Alphα εὶ Tpsilon.